



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Locationis rerum Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

Primo, si per commissarios fuerit pronuntiatum pro euidenti utilitate alienatio presumitur utilis ecclesie donec contrarium probetur Seraph. in decif. 1125. & ratio est, quia in dubio presumitur pro executoribus, ut inquit Abb. conf. 41. Dec. conf. 341. n. 12. Capyc. dec. 16. n. 5. & sapissime fuit in Rota resolutum & signanter in vna Senogallienfi filuæ 13. Febr. 1580. coram Corta.

Secundo. Processus formatus à commissario in alienatione rei ecclesie non citata ipsa ecclesia, est nullus ipso iure, Rota in vna Aretina bonorum 19. Martij 1599. coram Illustrissimo Seraphino, ut patet in eius dec. 1307. Aegid. decif. 187.

Tertio. Signatura iustitiæ non potest concedere licentiam alienandi bona Ecclesie, bene tamen potest Iudices commissarios subrogare, ut fuit in Rota resolutum in vna Auximana prædij 13. Nouemb. 1585. coram Orano, ut refert idem Seraphinus cit. dec. n. 8.

Quarto. Confirmatio commissariorum alienationis rei ecclesie contra formam scripti Apostolici est nullius roboris, & momenti, Rot. in vna Papien. tenuitæ de Magdalenæ 17. Iunij 1596. coram Illustr. Seraphino, ut patet in eius decif. 1195.

Quinto. Confirmatio commissariorum presumitur ex lapsu temporis, verum per exhibitionem tituli inuoluit cessat præfata præsumptio, Seraph. in dec. 1235.

Sexto. Defectus causæ alienationis reddit nullum ipso iure decretum commissariorum Ruin. in conf. 68. n. 5. lib. 1. Gemin. in conf. 48. n. 9. & Seraph. in dec. 518.

Finis Tituli Commissariorum.

PRAXIS LOCATIONIS rerum Ecclesie.

RESOLVT. CVII.

Locatio bonorum ecclesie an valeat, si non constet de euidenti ecclesie utilitate.

- 1 Euidens utilitas non solum requiritur in alienatione rerum etiam in locatione, & quare n. 3.
- 2 Læso in locatione quomodo probetur.

AD validitatem locationis rei ecclesie non sufficit, ut ecclesia non fuerit dānificata, sed requiritur præterea, quod lucrum sentiat, cap. sine exceptione 12. q. 2. vbi Bellam. n. 1. Gem. n. 2. vers. in hac quæst. Imol. in cap. ad aures nu. 1. de reb. eccl. non alienan. Anton. de Butr. in c. ad nostram n. 5. & seq. de empt. & vendit. & ad probandam læsionem sufficit articulare quod ex locationibus præteritis ecclesia plus percipiebat, Ias. conf. 4. n. 7. & 16. vol. 1. Dec. conf. 142. nu. 6. & fuit resolutum in vna Anconitana locationis, & iterum in Romana Casalís Turricelle 10. Mart. 1578. coram Cantuccio, & quod quidem utilitas, ita sit necessaria in locatione, sicut in alienatione tenuit Rota in vna Anconitana de Paundinis 1. Maij 1584. coram Bubalo, & Farin. decif. 25.

- 3 Cuius ratio est, quia locatio æquipollet emptioni, seu alienationi l. 2. ff. locat. secundum quam rationem arguit pariter Bald. conf. 2. vol. 1. Menoch. conf. 112. volum. 7.

An nouus Prælatus teneatur stare locationi facta per prædecessorem infra triennium.

- 1 Nouus Prælatus locationi prædecessoris stare tenetur quatuor concurrentibus manifeste, num. 3.
- 2 Successor non tenetur stare locationi, quando locatio est facta nomine proprio à prædecessore, & quare.
- 4 Successor locationi stare tenetur, quando prædecessor à Sum. Pont. locandi potestatem habuit, per quamplures annos, & in illo tempore conductorem à nemine, nec à successoribus esse molestandum.
- 5 Successor locationi stare tenetur per prædecessorem facta, quando annus esset inchoatus, & res integra non esset.
- 6 Conductor locationi facta per prædecessorem stare tenetur cum successore, quando annus etiam est ceptus.
- 7 Conductor perseverare cum eisdem pactis iuris cum prædecessore non tenetur cum successore.
- 8 Consuetudo vim habet, ut successor teneatur locationi facta per prædecessorem stare.

Regulariter Prælatus successor non tenetur stare locationi, vel cōductioni prædecessoris, ut tenuit Card. Put. decif. 181. lib. 1. & 421. eod. lib. Frac. Merch. decif. 102. part. 1. per text. expressum in l. emptorem, C. locat. vbi nouus dominus nō tenetur stare Colono.

Verū contraria opinio in praxi est magis recepta, & iuri consona, quam firmavit Summ. Siluest. in verbo locatio n. 11. Franc. Marc. decif. 196. n. 4. in fi. par. 2. Abb. q. 3. n. 5. & seq. & in cap. fin. ne prælat. vices suas, Rodoan. q. 57. n. 53. vers. quia successor in beneficio, & latissime eam defendit Caualecan. decif. 44. par. 1. vbi a n. 23. vique 41. quam plurimos DD. pro hac opinione allegat, ostenditque esse veram, & magis communem, & secundum eam pluries fuisse iudicatum in diuersis tribunalibus, atque respondet omnibus contrarijs, & secundum eandem refert decifum Martha decif. 180. & Guid. Papa decif. 480.

Qui omnes intelligunt hanc vltimam sententiam, tantummodo procedere, quatuor concurrentibus, scilicet, quod locatio fuerit facta nomine Ecclesie. Secundo, quod sit facta pro utilitate Ecclesie. Tertio, quod pecunia sit conuersa in Ecclesie utilitatem. Quarto, quod interueniat autoritas superioris, ut de communi, & magis communi testantur, addent. ad Alban. conf. 108. post Bald. in d. l. emptorem num. 9. vers. numquid successor, C. locat. Mynsing. cent. 3. obser. 41. & Balb. decif. 29. & propterea quod locatio est facta à Prælati nomine proprio successor non tenetur stare locationi, Bal. conf. 255. vol. 1. Socc. conf. 34. nu. 4. lib. 3. Rot. decif. 1. de locat. in nouis, Mohedan. decif. 271. in fine, & mouentur, quod in tali casu non potuerit prædecessor successorem obligare, ex quo actio personalis in eum non transit, ut intelligit Card. Put. dec. 181. lib. 1. Paris. decif. 192.

- 3 Animaduertendum tamen, quod de quatuor requisitis supradictis debet manifeste constare, alias non tenetur successor in beneficio stare colono, Rodoan. d. quæst. 57. num. 81. videtur esse decifio, Menoch. conf. 499. vol. 3. Bursat. conf. 33. n. 6. vol. 1. & conf. 351. nu. 6. vol. 1. & Polidor. obser. 115.

Nunc limita principalem conclusionem, & primo quando Summus Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos, & ut dicto tempore condurante, conductor à nemine, nec à successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de signatu. gratiæ titul. de indulto locandi, vers. supponamus, Carroc. de locat. par. 3. concl. 11. & ad materiam vide Gratian. conf. 96. nu. 25. Duen. reg. 240. nu. 9. Valaf. decif. 40. Guttierrez lib. 2. Canon. q. c. 8. num. 66.

5 Limita secundo, quando inchoatus esset annus, vel laborerium, & res non esset integra: puta si terra fuisset sata, ut fructus pendentes de proximo colligendi, Corn. conf. 199. vol. 1. Menoch. conf. 181. volum. 2. quia tunc pro isto anno incepto successor in beneficio tenetur stare Colono, ita Franc. March. decif. 196. part. 2. Causal. d. decif. 44. num. 34. Cachera. decif. 182. Balb. decif. 29.

Amplia limitationem hanc, ut huiusmodi obligatio extendatur etiam ad ipsum conductorem, scilicet, ut pro anno cepto non possit recedere a locatione, ut quia forte videret parum utilitatis consequutum esse Franc. March. d. decif. 102. Causalcan. ibid. n. 24.

7 Sublimita quoad hoc, ut conductor non teneatur perseverare cum eisdem pactis initis cum predecessore; verum ut tanquam colonus partiaris fructus anni cepti diuidat cum successore. Borgnin. d. dec. 44. n. 23. vers. & quod pro illo anno, Ozaf. dec. 82. Polidor. Rip. obser. 116.

8 Limita tertio existente consuetudine loci in contrarium, Franc. March. decif. 144. par. 1. Carocc. loco cit. concl. 14.

RESOLVT. CIX.

An res Ecclesiarum ultra triennium locari possit absque Assensu Apostolico.

1 Res Ecclesiarum absque requisitis, ultra triennium locari non potest, & idem est in prelato regulari num. seq.

3 Beneficiatus alteri beneficiato in eadem Ecclesia vitam durante portionem obventionum, vel fructuum suorum locare non potest, & quare.

4 Locatio ultra triennium valida, si adest de consuetudine.

5 Locatio ultra triennium exigui valoris est valida, & quare.

1 Respondetur id omnino fieri non posse non adhibitis solemnitatibus extrauag. Ambitiosa, de reb. Eccl. non alien. & ita fuit resolutum in Rota Romana in vna Senen. pradij 8. Octob. 1584. coram Pamphilio, Berou. conf. 8. n. 9. volum. 3. Bald. conf. 16. nu. 7. & seq. vol. 4. Plot. conf. 19. n. 62. Dec. conf. 143. nu. 3. Vgolin. in tract. de potestat. Episcopi cap. 14. §. 7. post n. 5. ex quibus videtur hodie correctam esse decisionem, glos. in clem. 1. huius tit. ubi permittebatur locatio infra decennium, non ultra, quia tunc dicebatur ad longum tempus secundum Boer. decif. 23.

2 Quam conclusionem amplia procedere, etiam in Prelato regulari, Burlat. conf. 398. num. 16. vol. 1. Menoch. conf. 99. num. 7. & seq. vol. 4. & Monal. confil. 16. vol. 1. & fuit resolutum in d. Senen. Pradij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio.

3 Amplia, ut non possent duo beneficiati in eadem Ecclesia alter alteri locare (vita durante) portionem obventionum, & fructuum suorum, quia esset species alienationis secundum Nauar. confil. 10. in nouis, de reb. Eccl. non alien.

Nunc limita, & primo non procedere, quando adesset consuetudo in contrarium locandi, scilicet, ultra triennium, quia esset seruanda, pulchre Paris. conf. 98. lib. 4. Macerat. lib. 2. var. resol. cap. 17. nu. 16. & seq. Gamma decif. Lusitan. 388. in fine.

5 Limita secundo in locatione ultra triennium exigui valoris, quia tex. in cap. terrulas 12. q. 2. procedit non solum in alienatione, sed etiam in locatione, secundum Thoming. decif. 23. & ita decifum refero Ego ipse in decif. Curia Archiepisc. Neapol. decif. 22. Crot. conf. 96. num. 14. volum. 1.

An beneficiatus possit ita disponere de fructibus, ut possit eos locare etiam ad longum tempus.

1 Beneficiatus, siue Rector antiquo tempore fructus, siue beneficii commoditates pro toto sua vita tempore locare poterat, non autem post extrauagantem Ambitiosam num. seq. & 4.

Fructus beneficii sunt bona Ecclesiastica.

Et quidem Abb. in cap. fin. ne Prel. vices suas nu. 4. notat ex glos. 2. ibi, quod Rector Ecclesiarum potest locare fructus pro toto tempore vite sue. Quia tamen glos. reuera id non dicit, ut recte animaduertit Annan. ibi num. 7. subdens, quod illud fieri non possit, ex tex. & glos. in vers. eius, in clem. 1. de reb. Eccl. non alien. & sequitur Lopez in leg. 9. tit. 17. par. glos. 1.

Vnde de iure antiquo vera videbatur dicta sententia Abbatis, quod Rector Ecclesiarum, seu beneficiatus possit locare fructus, seu commoditates sui beneficii pro toto tempore vite sue Siluest. in summa, vers. simonia §. 14. & Tole lib. 5. cap. 91. quamuis pradia, seu possessiones non possent locari ad longum tempus, seu ultra nouem annos, quia esset alienatio, Lapis alleg. 30. in fine, & ibi Mandos. & alleg. 80. addit. 1. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. nu. 1. Rodan. rubr. 1. cap. 14. & rubr. 33. & fin. q. 6. Valasc. de iure emphyt. q. 29. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. nu. 15. Garl. de expens. c. 14. nu. 1. Et est receptissima sententia, ut per Censal. lib. 2. var. resol. q. 29. licet ipse contra teneat. Difficultas est quid hodie dicendum sit, stante extrauagante ambitiosa, quia omnium rerum ecclesiasticarum ultra triennium prohibet locationem.

In qua multi tenent, dictam extrauagantem habere locum in locationibus bonorum, non autem in locationibus fructuum, & reddituum, ita quidem, ut ipsa res, seu pradia prohibeat locare, non vero fructus, & redditus ecclesiasticos ad aliquod beneficium pertinentes, ita Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. n. 6. Rodan. d. q. 6. §. vltimo, nu. 4. Caroc. p. 3. tit. de rebus eccl. loc. num. 51. Graff. in decif. aur. casuum conscientiarum, lib. 4. cap. 24. num. 20.

Et Auendanus de exeq. mand. 1. p. cap. 4. num. 42. ait dictam extrauag. loqui de bonis ecclesiarum, non tamen de bonis ad clericos pertinentibus, & beneficia non esse bona ecclesiastica, & Molin. d. lib. 1. de Hispa. primogen. cap. 21. n. 27. tenet posse beneficiatum locare ultra triennium, non tamen ad longum tempus res beneficii, & etiam ad vitam fructus, seu commoditates beneficii, sed non meminit de dicta extrauag. & sequitur Mol. de contract. 2. tom. disput. 666. qui postea agit de dicta extrauagan. non tamen tangit hanc difficultatem de locatione fructuum.

Verius tamen est, quod dicta extrauag. non solum habeat locum in locationibus rerum, & bonorum, seu pradiorum beneficii, vel ecclesie, sed etiam in locationibus fructuum, quod probatur ex illis verbis, OMNIUM RERVM, ET BONORVM ECCLESIASTICORVM, nam, & fructus beneficii, seu ecclesie, sunt res, & bona ecclesiastica, cum ab ecclesia proveniant, suntque eius ministris assignata propter diuinum ministerium, quidquid Auend. sup. male, & perperam dicat non esse bona ecclesiastica.

Et hanc sententiam tenet Rebuff. in cap. extirpanda §. qui verò, 7. dist. de prab. Boer. decifio. 224. Gamma decif. 156. Mandos. de signat. gratiarum, tit. de indulto locandi redditus beneficii, Alex. Striat. in dicta extrauag. Ambitiosa, num. 6. & 61. in fine. Nauar. in manuali cap. 25. nu. 137. & in confil. 11. de reb. eccl. Gutierrez lib. 1. canonicarum questionum, cap. 8. num. 15. quem sequitur Zenodo in coll. 76. ad decret. nu. 3. & coll. 32.

ad

ad textum, num. 30. Riccard. in rub. instit. de locatione num. 5. Philarc. de off. Sacerd. 2. p. lib. 4. c. 22. Graff. sibi contrarius lib. 3. cap. 4. nu. 7. Arn. verb. locatio, num. 5. Rodriq. in sum. 1. tom. cap. 18. num. 5. Veba in summa 1. par. cap. 36. cal. 40. Tolet. in summa lib. 5. c. 91. Solif. de cens. lib. 2. cap. 3. nu. 10. Corduba in summa q. 103. Lopez in Instructorio conscientia, 1. tom. c. 191. & in Instructorio negotiantium, c. 2. lib. 8. Quintanaduen. li. 2. num. 69. vbi ait, quod multi ad fructus extendunt dictam extrauagant. quamuis nu. 66. dicat, placere nonnullis rerum ecclesiarum, non fructuum locationem bene esse prohibitam.

Et Flores in addit. ad Gam. decif. 156. ait, istam sententiam de rigore veram esse, licet in praxi dicat, non seruari. Quam etiam magis praticari, ait Zanallus quæst. 199. in commun. contra commun. licet asserat quamlibet opinionem esse probabilem, & ita passim in praxi seruari.

Et iuxta hanc opinionem Rota Rom. in vna com-
4 menda locationum 5. Martij 1600. iudicauit, quod sicut bona ecclesiarum non possunt locari ultra triennium, ita nec fructus, & locationem pro longiori tempore factam, vt sub beneplacito Apostolicæ Sedis, ante illud obtentum, potest Prælatus, vel locator reuocare; vnde sequitur fructus pensionis ecclesiasticæ non posse vendi aut locari ultra tres annos, ex d. extrauag. Ambitosæ, vt in terminis consuluit Nauarr. d. conf. 11. de rebus ecclesiarum non alien. & ego consultus respondi.

RESOLVT. CXI.

An si ex prædijs ecclesiæ quolibet triennio fructus colliguntur, possint ultra triennium locari.

- 1 Prædia ultra triennium locari possunt, quæ fructus quolibet triennio reddunt.
- 2 Extrauagans Ambitosæ, de quibus loquatur rebus.
- 3 Locatio rei ecclesiæ per sex annos, vel nonennium aliquando fieri potest.
- 4 Emphyteuta non soluens canonem rei ecclesiæ per quindecimum, quæ quolibet triennio fructus reddit, non cadit à iure suo.
- 5 Silua cedua ecclesiæ ultra triennium locari potest.

1 Respondetur affirmatiue ex doctrina Barb. in rub. de reb. eccl. non alien. num. 6. & seq. Nauarr. in comment. de reb. eccl. num. 21. Couarr. qui comprobabat lib. 2. variar. resolu. cap. 16. Guttier. lib. 1. canonic. q. cap. 7. nu. 12. & seq. Alex. Rauden. decif. 22. Arifmin. Tapat. lib. iuris sentent. verbo locatio, Vgolin. de potest. Episcopi, cap. 14. §. 7. post num. 12. Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 24. dub. 2. qui referunt extrauag. Ambitosæ loqui de rebus, quæ quotannis dant fructum, vnde si aliqua res solum alternatim fructus redderet, poterit locari ad sexennium, si tertio quoque anno dumtaxat poterit ad nouennium, quia primum triennium æquiualeat vnico anno, & ita secundum, & tertium.

Quam conclusionem amplia in emphyteuta rei, quæ non fructificat, nisi tertio quoque anno, vt non deuoluatur ecclesiæ, si non soluerit per quindecimum, neq; per octo annos, si non soluerit laico, iuxta terminos, c. potuit, de locat. & l. 2. C. de iure emph. & voluit Balb. conf. 991. n. 16. vol. 3. & conf. 17. n. 4. vol. 1. Iafon. in Auth. qui rem, vbi post eum Alex. nu. 10. C. de sacros. eccl. Hippol. sing. 409.

5 Quare silua cedua ecclesiæ hac ratione locari poterit, non tamen anticipatis solutionibus fieri poterit iuxta dispositionem Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de reform. quoniam fieret præiudicium successori, secundum Vgolin. loco citato.

An in locatione ultra triennium rei ecclesiæ solita locari assensus requiratur Apostolicus.

- 1 Assensus Apostolicus in locatione ultra triennium rei ecclesiæ solita locari non requiritur, & quando requiritur in hoc casu, nu. 2.
- 3 Res ecclesiæ solita locari, si est incorporata, non potest absque solemnitatibus ultra triennium locari.
- 4 Res ecclesiæ solita locari ultra triennium duobus de modis cognoscitur.

1 Respondetur in præfata locatione assensum minime requiri ex consilio Ploti 22. & 19. num. 62. & Dec. conf. 142. nu. 3. & fuit resolutum in Rota in causa Senens. prædij 8. Octob. 1584. coram Pamphilio, quam conclusionem limita.

2 Primo, vt non procedat, quando non adest eadem causa concessionis, siquidem res ecclesiæ solita locari, tunc demum sine solemnitatibus locari potest, quando adest eadem causa concessionis, alias secus, Abb. in c. vt super, n. 11. vers. ego crederem, de reb. Eccl. non al. Cur. Iun. de feud. p. 2. q. 1. n. 10. Rebuff. de alien. rei eccl. n. 35. Menoch. conf. 25. n. 6. vol. 1. Burfat. conf. 16. nu. 3. & seq. vol. 1. & fuit latè dictum, ac resolutum in Rot. Romana in vna Mediolan. bonorum 23. Ianuarij 1593. coram Orano.

3 Limita secundo, quando res Ecclesiæ solita locari, esset incorporata Ecclesiæ, quia tunc non poterit absque solemnitatibus locari, Card. in c. 2. q. 12. de feud. Guido Pap. dec. 154. Garz. decif. 99. Mant. conf. 26. nu. 15. & seq. Berret. conf. 111. n. 12. Curt. Iun. de feud. p. 2. q. 1. n. 10. Rodoa. de reb. eccl. non alien. q. 13. & vide in eadē Mediolan. bonorum 23. Ianuarij 1593. quod autem dicatur facta incorporatio vide Anchar. conf. 156. Menoch. conf. 69. n. 10. & seq. vol. 1. Clar. in §. feudum, q. 13. n. 3. & seq. & Berret. cit. conf. 111. n. 12. & seq.

Sed quæstionis est, quando dicatur res solita locari, ultra Dec. conf. 142. n. 4. & in Auth. qui rem n. 20. C. de sacrosan. Eccl. Mol. de contract. disput. 468. n. 20. Crescent. dec. 1. de consuet. vide dec. Rotæ Seraphini 434. quam placuit hic ad verbum referre.

Domini resolverunt, quod ad hoc vt concessio casset, de qua agitur, facta sine solemnitatibus teneat, tamquam de re solita locari, vnum ex duobus requiritur, vel quod præcedat vna locatio solemnitas, & valida, & illico dicitur res locari solita, nec cursus temporis requiritur, vel hac deficiente, adfint duæ locationes cum cursu 40. annorum, Præpos. in c. 1. nu. 25. cum seq. qui feudum dare possunt, Alex. conf. 9. nu. 3. vol. 3. Iacob. de Sancto Georgio de feud. vers. feudorum, n. 39. Iaf. conf. 155. qui de communi, vers. quarto facit, lib. 1. eandem communem dicit Scifel in specul. feud. fol. 171. cū seq. & fol. 183. nec obstat, quod ex cursu temporis præsumuntur solemnitates, quia hoc non potest procedere in terminis huius decisionis, alias redderetur falsa communis opinio. An verò probentur tales duæ concessionibus cum cursu 40. annorum in casu, de quo agitur, erit videndum: hæc ille.

RESOLVT. LXII.

An locatio rei Ecclesiæ in plures annos facta, valeat saltem quoad tres annos.

- 1 Locatio rei ecclesiæ facta ultra triennium, per triennium valet.
- 2 Emphyteusis concessa ultra tempus à iure permisum, quo ad tempus non prohibitum tenet.
- 3 Donatio facta ultra quingentos aureos sine insinuatione non est valida, sed firma remanet pro summa à iure permisa.
- 4 Vtile in separabilibus non vitiat per inutile.

5 Indul-

- 5 *Indulgentia concessio per Episcopum ultra tempus sibi permiffum, non tenet, sed est valida pro statuto tempore*
 6 *Locatio ultra triennium non est valida etiam pro triennio, & ita in praxi.*

IN hac decisione, ut ordinatè procedam, duas repetio principales opiniones.

Prima fuit illorum, qui asseruerunt, præfatam locationem validam esse quoad triennium, & isti fuerunt Carroc. de locat. par. 3. concl. 9. nu. 97. post Lap. alleg. 80. Mol. de primog. Hisp. li. 1. c. 21. Aquil. in l. 1. §. sed si mihi, n. 34. cum multis seq. ff. de verb. oblig. Calcan. conf. 124. col. penul. & Monal. conf. 112. vol. 2. & secundum hanc opinionem refert Senat. Lusitanum iudicasse Gam. decis. 87.

Mouentur primo, quia emphyteusis concessa ultra tempus à iure permiffum, quamvis non valeat, quoad totum illud tempus à concedente permiffum, valet quoad tempus à iure statutum, secundum Bal. in auth.

2 qui rem, C. de sacrosan. Eccl. Castr. in auth. si quas ruinas, C. cod. Alex. conf. 38. vol. 2. Bal. conf. 327. vol. 3. Clarus in §. emphyteusis, q. 6. vers. scias tamen, & in §. feudum, q. 13. vers. sed quid si alter, & est communis opinio, secundum Iaf. & Dec. in auth. qui rem, C. de sacrosan. Eccl. quam sequuntur omnes relati à Tiraq. lib. 2. de retract. par. ult. num. 144.

3 Secundo, quia donatio facta absq. infirmatione ultra quingentos aureos, in excessu solum vitatur, & firma remanet in summa à iure permiffa, l. fancimus, & l. penul. C. de donat. Bald. conf. 339. vol. 3. Iaf. cit. l. 1. §. sed si mihi, n. 7. & seq. ff. de verb. obligat.

4 Tercio, quia in separabilibus vitale non vitatur per inutile, d. l. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. obligat. & in cap. vitale, de reg. iur.

5 Quarto, quia concessio indulgentiarum facta per Episcopum ultra tempus sibi permiffum, licet fuerit nulla in tempore illo, erit tamen valida infra illud cap. Indulgentiæ, de penit. lib. 6.

6 Altera fuit opinio contraria primæ, locationem. f. esse nullam, etiam pro triennio, ac extraneam. Ambrosius, annullare contractum locationis in totum, & hanc opinionem tenuerunt Couar. lib. 2. var. resolut. c. 16. Ann. singul. 327. Rodan. q. 58. Molin. de contract. q. 66. & 77. Alban. decis. 107. Tiraq. de retract. ligna §. 23. gl. 1. nu. 12. & hæc opinio est magis recepta, & iuri consona, & propterea in praxi sequenda, & secundum eam fuit decissum in Curia Romana in vna locationis Brixienf. 5. Decemb. 1594. coram Pegna, & iterum in vna Comenfi locationis 20. Martij 1600. coram Pamphilio, & sæpius in alijs causis, & secundum eandem opinionem iudicasse Conf. Neapol. refert. Afflict. decis. 107. in causa Domini Motiæ.

RESOLVT. CXIV.

An locationis instrumentum de biennio in biennium, viquequo conductor vixerit sit nullum in vim extrauag. Pauli II.

- 1 *Locatio de biennio in biennium facta quousque vixerit est nulla, & contrahentes, pena extrauag. sunt affecti, & quare num. 5.*
 2 *Vita hominis tempus non habet determinatum.*
 3 *Ætas, complexio, & quod peius, peccata mortem accelerant.*
 4 *Sexagenarius dicitur decrepitus.*

IN præfenti dubitatione respondeo cum decisione Thomæ Triuif. Rot. Venet. 21. par. 1. vbi refert per illam Rotam tentum fuisse præfatam locationis instrumentum fuisse nullum, & proinde subintrare penas extrauag. Ambrosiæ de reb. Eccl. non alie, quæ ex-

trauag. annullat quoscumque contractus, nempe emphyteusim, & locationes ad longum tempus, idest vltra triennium duraturas.

Nec obstat, quæ pro contraria adducebantur parte, f. quod huiusmodi locatio non dicatur ad longum tempus facta ob id præcipue, quia est duratura, quousque conductor vixerit, & quia vita ipsius conductoris non habet tempus determinatum, nam mors non habet diem, & horam limitatam, nisi quoad Deum, etenim aut ob ætatem, vel complexionem, seu ob peccata nostra mors citius præsumitur Glof. in cap. qua fronte vers. decedat de Appellat. cap. qualiter 2. de Accusat. nec poterat maxime dici ad longum tempus in casu à Triuif. adducto ob id, quod conductor tempore prædictæ locationis erat sexagenarius, & vltra; & sic in ætate decrepita, prout consuluit Crauet. conf. 108. nu. 2. vol. 1. Riminal. conf. 229. vol. 2. Ruin. conf. 92. n. 10. vol. 4. & conf. 141. n. 18. vol. 5. & alij quos cumulat Borgnin. in add. ad decis. 145. Verum præfatis non obstantibus, contrarium fuit ibi decissum quam ego pariter in praxi sequutus sum; & quod locatio tali modo facta sit nulla, & dicatur ad longum tempus voluerunt in Rub. ff. de rei vendic. Socc. lun. conf. 63. n. 11. vol. 2. Dec. conf. 204. n. 5. Pinell. in l. 3. par. 3. n. 63. C. de bon. mater.

RESOLVT. CXV.

An res Ecclesiæ solita locari ad modicum tempus, si locetur ad longum tempus, vel vltra à iure permiffum vitietur in totum.

- 1 *Res Ecclesiæ solita locari ad modicum si vltra tempus à iure permiffum locetur in totum est inualida.*
 2 *Rei Ecclesiæ vltra tempus à iure permiffum locatio, in totum vitatur, si vnica erit pensionis solutio.*
 3 *Clausula (non alias aliter, nec alio modo) si adest in instrumento rei Ecclesiæ alienatæ nihil operatur, sed contractus in totum erit nullus si beneplacitum non fuerit obtentum.*
 4 *Res Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim vsque ad tertiam generationem si vltra concedatur, concessio est valida vsque ad tertiam, secus autem quoad reliquas.*

Respondeo ex Bart. in auth. qui rem nu. 7. C. de sacrosan. Eccl. vbi Iaf. n. 1. & 22. qui asserunt præfatam locationem in totum vitari, idem Bart. conf. 159. nu. 4. ver. 4. est videndum vol. 1. Bal. conf. 339. n. 6. vol. 2. Lapus alleg. 80. vbi addent. lit. H. Alex. conf. 17. nu. 10. volum. 4. Calcan. conf. 125. n. 22. vers. in contrarium est veritas. Curt. Junior de feud. par. 2. q. 6. n. 13. Molin. de Primogen. Hispaniar. lib. 1. c. 2. nu. 28. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 16. sub n. 5. & Alciat. conf. 25. n. 6. & seq. & fuit resolutum in vna Brixienf. locationis 5. Decemb. 1594. Coram Pegna, & in eadem 17. Maij 1595. & in vna spolijs Montis Felici 18. Martij 1596. coram Orano.

Præsertim si constat contrahentes pro minori tempore non fuisse contracturos Bart. 159. n. 8. vol. 1. Lapus dict. alleg. 80. sub nu. 3. post med. vers. nam conductor, Aret. in l. quod dicitur la 2. nu. 9. vbi alij ff. de verborum obligat. Socc. in l. 1. §. Sed si mihi n. 9. vers. nona conclusio ff. eod. Bal. conf. 22. vol. 1. Burlat. conf. 16. n. 3. vol. 1. Alex. in d. §. sed si mihi nu. 5. & conf. 17. nu. 10. vers. 3. vol. 1. Modern. in consuetud. Parisiens. tit. 1. q. 41. n. 46. Couar. lib. 2. variat. resolut. c. 16. nu. 5. vers. sed primaui, & latè fuit dictum in vna locationis 21. Maij 1595. coram Blanchetto.

Intellige secundo si pro toto tempore fieret sub vna pensione, quia in totum vitatur nec valet pro tempore permiffio Bald. conf. 475. n. 58. vol. 1. post tex. in l. si plura ff. de ædilit. edict. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. glof. 1. n. 5. vers. ex ijs etiam, & fuit dictum in causa Mellicenf. & Rapollen. fructuum 19. Ianuarij, & 9. Feb. brua-

bruarij 1582. coram Cantuccio, vt habetur in decis. diuers. 709. nu. 6. p. 1.

- 3 Et idem procedere dicunt in alienatione, vbi fuit reseruatus assensus Apostolicus cum clausula nō alias aliter, nec alio modo, quia non obento beneplacito in totum vitatur ad gloi. in l. si quidem vbi Bald. & Sal. Cod. de excep. & idem Bal. conf. 21. n. 6. & seq. vol. 1. & fuit dictum in Rota in vna Romana locationis 2. Maij 1593. coram Blanchetto.

Hæc autem, quæ de locatione diximus, minime in concessione in emphyteusim procedunt, si quidem res Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim in tertiam generationem, si concedatur vltra tres, valet concessio, vsq; ad tertiam, licet quoad reliquas sit nulla Castrenf. in Auth. qui rem in si. vbi Dec. n. 22. qui testatur communem, & Cagnol. n. 60. qui dicit communem C. de sacros. eccles. Curt. Iun. de feud. p. 2. q. 6. n. 11. Modern. Paril. §. 42. p. 10. n. 43. vbi pariter de communi testatur, & fuit in Rota resolutum in causa Vlisbonens. 2. Iunij 1567. coram Sarmiento Tiraq. de retract. lignag. §. 29. gl. 1. nu. 12. & de retr. conu. in fine n. 145. & seq. Idcirco non obstat contraria opinio, quam tradunt Angel. in §. emphyteusim nu. 17. in Auth. de non al. Ias. in Auth. qui rem n. 21. vers. ego teneo C. de sacros. Eccles. Couar. lib. 2. variat. resol. c. 16. n. 5. circa med. vers. ego profecto per text. in §. si vero etiam, & per §. emphyteusim in Auth. de non al. Tiraq. de retr. lign. §. 23. gl. 1. n. 13.

RESOLVT. CXVI.

An alienatio ad longum tempus appellacione alienationis rerum Ecclesiæ contineatur.

- 1 Locatio ad longum tempus appellacione alienationis rerum Ecclesiæ continetur, & quare n. seq.
2 Locatio ad longum tempus effectum inualidationis, non autem incurfionis pænæ producit.

3 Reuiter est pro affirmatiua concludendum, sic eleganter notatur in l. codicillis §. institutio ff. de leg. 2. & in clem. 1. de reb. eccles. non al. Affl. dec. 107. n. 2. & 4. Boer. dec. 224. Borgnin. dec. 14. de contr. Triuif. dec. 22. p. 1. Gabal. milleloq. 160. Ratio duplex assignatur, prima quia per locationem ad longum tempus constituitur ius in re, quemadmodum per alienationē Bellam. dec. 747. & latē Couar. lib. 2. var. ref. c. 16. nu. 1. Secunda est ratio, quia in locatione ad longum tempus, vel ad vitam eadem solemnitates requiruntur in bonis Ecclesiasticis, quæ requiruntur in alienatione Papon. lib. 1. tit. 13. ar. 4.

3 Suprapositam conclusionem singulariter limita, & sic illa intellige procedere ad effectum inualidationis locationis, scilicet, vt contractus sit ab initio nullus, secus tamen quoad effectum incurfionis pænarum, quoniam taliter affictantes, seu locatores excusantur, nec incidunt in censuras, Calder. in c. cum contingat de iure iur. Cou. vbi sup. n. 3. & seq. & fuit latē discussum in Rota Rom. in vna Rauenn. domus 2. Aprilis 1546. coram Cantuccio, & in proprijs terminis facit decisio Rot. 26. par. 2. diuers.

RESOLVT. CXVII.

An locatio facta vltra triennium, rerum Ecclesiæ, sit in totum nulla, an vero sustineatur pro triennio.

- 1 Vitale per inutile quoad separabilia non vitatur, & sic locatio facta vltra triennium secundum hanc opinionem per tres annos est valida.
2 Tempus permissum à prohibito separatur.
3 Donatio sine insinuatione excedens quingentos solidos in excessu tantum vitatur.
Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

IN hac decisione variæ sunt sententiæ, prima est valere pro tempore permissio tantummodo, & hanc tenet Bald. in Auth. si quas ruinas n. 2. C. de sacrosan. Eccles. Castrenf. in Auth. qui rem n. 7. & Dec. nu. 23. qui dicit esse communem, & ab ea non recedendū, C. eod. tit. Tiraq. de retractu conuenit in fine n. 144. Iun. Clar. §. emphyteusis q. 6. num. 2. & §. feudum q. 13. in fin. Dicens veriorē, & magis communem Gamma decis. vit. n. 3. Molin. de Hilpan. primog. lib. 1. cap. 21. n. 28. Carroc. in tract. loc. & cond. p. 3. concl. 9. ampl. 4. tit. de reb. Eccles. locan. nu. 44. & seq. Ioan. Gutierrez can. 4. lib. 2. c. 13. Zauallus q. 199. n. 15. Nouis. in praxi Archiepiscopali curiæ Neap. c. 73. n. 10. & Molina de contract. disp. 467. & alij per eos relati.

Et hanc sententiam frequentiori calculo receptam dicit Couar. lib. 2. var. ref. c. 16. nu. 5. & magis communem, & in praxi seruandam Flores in add. ad Gam. decis. 156. licet secundum rigorem d. extrauagantis, & in puncto iuris verius credat in totum vitari.

- 1 Quæ fundatur primo ex eo quod inseparabilibus vitale per inutile non vitatur leg. vitale lib. 6. & l. 1. §. sed mihi ff. de verb. oblig. & in proposito tempus permissum separari potest à prohibito. Secundo ex l. sancimus & l. penult. C. de don. vbi donatio sine insinuatione excedens quingentos solidos non vitatur, nisi in excessu. Terrio ex Auth. de non alien. §. quod autem in fine, intelligitur tamen ista sententia, vt non procedat in locatione ad vitam, vel ad longum tempus, Cou. vers. ead. ratione vterq; Molin. & Guttier. n. 8. locis cit.

Secunda principalis sententia est, prædictam locationem in totum nullam esse, & omnino vitari, & hæc tenet Bar. in d. auth. qui rem num. 7. & in conf. 159. n. 8. lib. 1. Lapus alleg. 80. vbi Mandos. in vlt. apostilla, Ias. in l. 1. si quis ita ff. de verb. obligat. & in d. auth. qui rem n. 21. & in l. 2. n. 169. C. de iure emphyteu. Ripa in d. §. si quis ita nu. 32. Prob. ad Monachum in c. vlt. n. 2. de penit. & remiss. in 6. Affl. dec. 107. Couar. d. n. 5. Rodoa. d. quæst. 6. §. item ex præmissis, n. 21. Quintanad. ecclesiastica lib. 2. num. 61. & Grass. lib. 4. cap. 24. num. 20. in decis. aur.

Et tenuit Rota in vna Romana deuolutionis quarra Februar. 1583. coram de Rubeis, & iterum in vna Placentina decimar. 2. Iunij 1586. coram Bubalo, & iterum in vna Brixien. locationis 5. Decemb. 1594. coram Pegna, in qua fuit resolutum locationem bonorum cuiusdam præposituræ factam vltra triennium, in totum vitari, & cum Rota teneat istam sententiam potest dici iam magis communis, cum Rota per se faciat communē opinionem Sarnensis in proem. reg. cancel. q. 2. vers. 4.

RESOLVT. CXVIII.

An locatio rerum beneficij facta vltra triennium cum iuramento ab ipso beneficiato præstito de non contrahendo firmetur iuramento in præiudicium ipsius, ita quod non possit contrahere.

- 1 Iurans non alienare bona Ecclesiæ auditur postea contrahens.
2 Nemo debet ex proprio delicto commodum, & pænā reportare.
3 Extraneus ambitiosus inducit priuationem beneficiorum ipso facto.
4 Extraneus ambitiosus est prohibitivus, & obligat etiam ad mortale.
5 Extraneus ambitiosus non est vsu recepta, quoad pænas extrinsecas.

ET videtur quod sic ex decisione Mohedan. 9. de locat. & Mandos. ad Roman. conf. 369. cit. 11. & ex doctrina Alex. Stiatrici in repetitione extraneus ambitiosus numer. 69. & 70. Mozzzus de contractibus

E tit. 9.

tit. 9. n. 3. qui dicunt, quod licet ille, qui male alienavit bona ecclesie cum iuramento de non contrahendo, audiatur volens ea recuperare nomine ecclesie, & ad ipsius ecclesie commodum, vt per gloss. quam DD. sequuntur in cap. si quis presbyterorum de rebus ecclesie non alienandis, & tenuit Rota teste Crescent. in dec. 1. de iur. iuran. ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittendus, imo quod esset priuandus commo alias ad ipsum peruenturo ex talib. bonis, stante regula iuris, quod quis ex suo delicto non debet penam, & commodum reportare l. Relegatorum, ff. de interd. & releg. l. sine hereditaria in fin. ff. de negot. gest.

3 Sed quod magis viget, est, quod per d. extrauagantē beneficiati ipso facto priuatur beneficijs, quorum res, & bona alienarunt, & sic etiam si non iurassent, non videntur posse sibi repetere res, vltra triennium locatas.

Nihilominus tamen verius videtur præfatam locationem non firmari iuramento, etiam in præiudicium beneficiati, & eo non obstante posse contrahere, ratio est, quod d. extrauagans est prohibitiua, & obligat ad peccatū etiam mortale, vt patet ex ipsis verbis prohibitiuis, vt ex pœna excommunicationis, & alijs ipso facto impositis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis c. Quintauallis, vbi plenè per Scribentes de iur. iurando cap. 1. eodem tit. in 6. nec est obligatorium contra bonos mores præstitum, c. non est obligatorium de regul. iur. in sexto, latè Bartolus in l. si quis pro eo, ff. de fideiusoribus, Panormitan. & reliqui in cap. cum contingat citato tit. de iur. iurando.

Et in proprijs terminis, quod præfatus beneficiatus non ligetur iuramento, quo minus valeat contrahere locationi vltra triennium factæ, voluerunt Bero. conf. 92. n. 1. 2. & 10. vol. 1. Alexandri. conf. 92. Monald. confil. 150. volum. 2. Cordub. Theologicarum quæstionum quæst. 103. Garzias in tractat. de beneficijs tom. 1. par. 2. cap. 2. num. 84. & sequent. & facit quod voluit Rota decif. 26. nu. 2. part. 2. diuersorum, vbi Prælatus iurans non locare res ecclesie, si illas locat ad longum tempus non incurrit in penam periurij, vt voluit etiam Additio ad Mohedan. cit. decif. 9.

Non obstant contraria, nam respondetur, quod licet supradicta extrauagans sit in nonnullis locis recepta quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis, & locationis, Tamen quoad penam extrinsecam maximè priuationis beneficiorum non videtur recepta, vt per Nauar. in Manua. c. 27. n. 150. Salzed. ad Diaz. cap. 71. Guttier. lib. 1. Canoniarum questionum cap. 8. n. 9. Molina de contrahib. disp. 466. Tolet. lib. 5. c. 3. vnde cum pœna priuationis non sit recepta, & ex alia parte talis prohibitio locationis, & eius nullitas sit inducta in fauorem ecclesiarum, & earum ministro- rum, vt patet, ex proemio diste extrauagantis, propterea rectè poterit beneficiatus contrahere, & agere contra dictam locationem ex doctrina Pauli de Castro in l. filiusfam. §. Diui num. 3. & 4. ff. de legat. primo, Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 1. nu. 20. & seq. Guttier. lib. 3. practicarum quæstionum cap. 41. n. 8.

RESOLVT. CXIX.

Quæ sint innouata in materia locationis per Sacrum Concilium Tridentinum.

- 1 Locationes factæ de bonis Ecclesiasticis solutionibus anticipatis successoris non præiudicant.
- 2 Locatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, vel facultatum Vicarios nominandi est inualida, & simoniaca.
- 3 Locatio Ecclesiæ omnium bonorum, cum facultate beneficia conferendi est valida, & non simoniaca pro pretio aureorum bis mille; probato, quod absq; facultate conferendi bona pro eodem pretio arrendata essent.

4 Locationes factæ ad longum tempus à triginta annis citrà sunt annullatæ.

Nonnulla, vt patet in sess. 25. cap. magnam de reformatione. cap. 1. 1. & primo locationes factæ de bonis ecclesiasticis, anticipatis solutionibus, nullatenus sunt validæ, in præiudicium successorum. Benè tamen afficiunt locatorem, vt fuisse in Rota decifum testatur Mohedan. dec. 8. de confirmat. vtil. vel inutil. Rodoa. q. 6. prope finem n. 53. Carroc. par. 3. de loc. conclus. 20. n. 76. quod ampliatur procedere etiam si percepisset pensiones, Bal. in c. si quis n. 3. qui succed. feud. tenean. Kebuf. in compend. alienat. n. 18. & iuxta hanc opinionem refert fuisse iudicatum, Cornazan. Rot. Lucenf. dec. 104.

Item fuit innouatum, nemini licere locare iurisdictiones ecclesiasticas, vel facultates nominandi vicarios in spiritualibus; nec conductores perse, aut alios ea exercere, quod adeo est verum, vt si quis locat aliquid, quod sapit spiritualitatem, esset locatio simoniaca, vnde si efficiatur locatio ecclesie cum omnibus bonis, & facultate cōferendi beneficia pro scutis duobus mille, & probaretur; quod etiam sine facultate, conferendi bona arrendata fuissent pro scutis duobus mille, quod talis locatio non esset simoniaca, alias lecus, vt tenuisse Rotam refert Put. dec. 80. lib. 1.

Tandem innouantur, & annullantur locationes omnes factæ ad longum tempus à triginta annis citrà, vel ad viginti nouem, aut bis viginti nouem annos, & ita, consuluit etiam Anchar. conf. 952. par. 2.

Notabilia in materia locationis rei ecclesiæ.

Locatio rei ecclesiæ vltra triennium, non valet etiā tempore permissio, Afflic. decif. 107. num. 2. & 4.

Beneficium accensari non debet vltra triennium, olim tamen poterat vsq; ad septennium Boer. dec. 224.

Locatio ad non modicū tempus constituit ius in re, etiam in bonis ecclesiasticis, tamen successor non tenetur seruare pactū antecessoris, Aegid. Bellam. cōcl. 747.

Locatio ad longum tempus, vel ad vitā easdē solennitates requirit, sicuti & alien. Papo. lib. 1. tit. 14. arref. 4.

Locatione finita ad longum tempus facta per ecclesiam, ipsa primi conductoris heredibus locare tenetur, Vinc. de Franch. decif. 123.

Locatio facta ad longum tempus est valida, si in locationis instrumento dicatur, quod nullum vile dominium transferatur in conductorem Ioan. de Arnon. sing. 72. hæc cautela est dubia nostris temporibus.

Constitutio annullans locationes factas in personas clericorum, & similibus personarum, vendicat sibi locum, etiam si locationes reperiantur factæ in euentem ecclesiæ vtilitatem, Jacob. Put. decif. 2. lib. 1.

Successor Prælatus non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris, Put. decif. 181. bli. 1. & 421. Franch. March. quæst. 102. part. 1. vbi distinguit; fallit pro illo anno, quo mortuus est Prælatus, & conductor terras laborauit, Borgnin. decif. 15. de contract.

Consuetudo, quod res ecclesiæ date in emphyteusim iterum debeant locari proximioribus, finita locatione, est ecclesiæ utilis, sed quare vide Verall. decif. 230. p. 1.

In locatione rerum ecclesiasticarum debet præferri idem conductor alteri conductori de nouo venienti, Papon. lib. 1. tit. 13. arref. 6. Contrarium tamen tenet Ioan. de Arnon. sing. 66.

Conductor bonorum ecclesiasticorum non habet spoliū, Papon. lib. 13. tit. 9. arref. 6.

Locatio fundi facta pura ad quinquennium, cum sterilis, ac inutilis esset, industria ac diligentia coloni conductoris factus fructuosus, ac fertilis, ex hoc locatio perpetua redditur, vt ad heredes quoque conductoris transeat etiam extraneos, nec tertia generatione finitur, Hyppol. sing. 550.

Fructus ecclesiæ possunt locari, & vendi laicis, & in eos

in eos cadunt, hoc verò non procedit in oblationibus altaris, Rom. sing. 664.

Conductor rei ecclesiæ ne soluat pensionem, an possit opponere consensum superioris non interuenisse, vide Cresc. dec. 1. alias 122. tit. de loc. & cond. Prælatus fructus beneficii locare potest, Franc. Marc. q. 102. part.

Conductor arrendans beneficium nummis quia percipit fructus, tenetur soluere collectas, & alia onera realia, March. q. 471. n. 10. p. 1.

Finis Tituli Locationis.

PRAXIS EMPHYTEVSIS Ecclesiastica.

RESOLVT. CXX.

An Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidem, circa concessionem in emphyteusim rei ecclesiæ habeant potestatem faciendi, vt in extraneos transeat.

- 1 Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidem, non habet potestatem transferendi emphyteusim in extraneos.
- 2 Rescriptum non extenditur ad non expressa.
- 3 Rescripti obseruatio dat rescripto formam, & natura rescripti est, vt petitioni adaptetur.
- 4 Quod non petitur, non committitur.
- 5 Delegatus fines mandati excedere non debet.
- 6 Delegatus non habens specialem formam in mandato iuris formam seruare tenetur.
- 7 Voluntas Papæ in dubio præsumitur qualis de iure esse debet.
- 8 Verbum, concede in perpetuum, quid denotat.



Vpponatur, quod emphyteusis ecclesiastica fuerat concessa pro se & descenditibus in perpetuum, quam Papa requisitus de beneplacito, mandauit quibusdam Iudicibus, quod si in euidem esset ecclesiæ utilitate auctoritate Apostolica eam confir-

- marent, qui facto processu necum confirmarunt, verum etiam decretauerunt ad extraneos habere transitum; questionis nunc est, an potuerint talem facere confirmationem. Et ex pluribus est concludendum, pro parte negatiua, tum primo, quia oportebat, quod delegati potestatem concedendi habuissent
- 1 emphyteusim in extraneos, cum alias sit de iure communi prohibitum, gl. communiter recepta in leg. etiam, ff. solut. matrim. Castrenf. conf. 189. vol. 2. Alex. conf. 120. num. 7. volum. 1. Grillenzo conf. 91. Afflic. decis. 100. & in commissione hoc non reperitur, propterea huiusmodi rescriptum est strictè interpretandum, vt scilicet non extendatur ad non expressa, c. p. & C. de off. deleg. Rot. dec. 13. de procurat. in nouis. Rota diuers. dec. 8. par. 1. Viu. decis. 336. Et obseruatio ad vnguem rescripti, dat formam eidem rescripto, Bald. in c. 1. col. 7. tit. an agn. natura enim rescripti est, vt petitioni adaptetur, Bald. in 1. eam, quam, col. 2. vers. item, vbi sequentes, C. de fideicom. Dec. conf. 142. nu. 4. ad finem, & quod non est in petitione, non est in commissione, & sic delegatio semper præsumitur facta, prout de iure, Graf. dec. 349. n. 6. nam mandatum Papæ est semper reducendum ad ius commune, Gem. conf. 48. n. 5. Veral. dec. 145. p. 2. & iurisdicção delegati non est extendenda vltra fines mandati, quia est odiosa, c. 1. de off. deleg. in 6. Rota diuers. dec. 30. p. 1. & ad ea, quæ in commissione non exprimi-

Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.

tur, non se extendit, Gasp. Thesaur. decis. 3. Viuius qui dicit semper præsumendum esse pro rescripto. dec. 91. & propterea si aliter agatur, est nullum, c. cum dilecta, de off. deleg. Nam qui agit vigore specialis commissionis, debet formam seruare, c. is qui, de præb. in 6. & si quis agat vltra formam ei datam, potest contra illi agi interdicto vnde vi, secundum Inn. in c. si quando, extra de off. deleg. & si non detur specialis forma, tenetur seruare formam iuris, c. si quid clericis, de foro comp. Quare concludo, non potuisse illos delegatos excedere commissionis fines, & sic ad extraneos emphyteusim extendere.

- 7 Non obstat, quod in dubio præsumitur talem fuisse voluntatem Papæ, quia respondetur, quod in dubio talis præsumitur voluntas, qualis de iure esse debet, Alex. conf. 54. num. 22. vol. 4. Dec. conf. 123. num. 6. volum. 1. Monal. conf. 13. vol. 2. Rubens Alex. conf. 65. num. 3. & talis esse, & fuisse, dicenda est, qualis ex verbis dignoscitur, l. de quibus ff. de legibus, l. Paulus, ff. rem rat. haberi.

Nec obstat secundo, quod in impetratione assensus Apostolici fuerit dictum, quod concedebatur in perpetuum, quod verbum, secundum aliquos, videtur importare transitum ad extraneos, iuxta Socc. conf. 266. col. 13. vers. secundo præmissa, vol. 2. Anchar. conf. 443. n. 8. Abb. conf. 74. n. 3. 1. vol. quia respondetur crebriorem ac magis communem opinionem esse, huiusmodi verbum importare solum perpetuitatem in descendentes, non autem quoad extraneos, secundum Alex. conf. 9. n. 12. & 13. vol. 2. Dec. conf. 141. n. 5.

RESOLVT. CXIV.

An emphyteusis semel concessa cum assensu Apostolico poterit semper sine eo concedi.

- 1 Res ecclesiæ solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato, absque alio assensu alteri concedi potest, & idem procedit in casu n. seq.
- 3 Clausula (saluo beneplacito Sedis Apostolicæ) est conditionalis.
- 4 Consuetudo quod tempus requirat ad hoc vt assensus præsumatur.
- 5 Solitum, quomodo à consueto differat.

- 1 Regula enim est iuris, quod res ecclesiæ solita concedi cum beneplacito Apostolico semel impetrato, potest absque alio assensu alteri concedi, quod tuncque casus euenit, c. 2. de feudo, per quem text. ita consuluit Rom. c. 70. 1. dub. & per extraneos. Ambrosia, in vers. præterquam, & hanc dicit communem esse opinionem Rolan. conf. 1. n. 45. vol. 1. Alex. conf. 9. vol. 3. & conf. 16. n. 5. & seq. eod. vol. Dec. conf. 329. n. 3. in fin. Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 33. & hæc opinio pluries fuit recepta in tribunalibus, vt testatur Guid. Pap. decis. 100. & secundum eam hodie practitari refert Balb. dec. 92. Affl. decis. 305. n. 9. & seq. Rota dec. 360. n. 13. & seq. p. 1. diuers. l. ser. in cap. 1. num. 4. de ijs, qui feud. dare poss.

Quo casu sufficit, rem semel fuisse concessam in emphyteusim ad hoc, vt in perpetuum remaneat conuertibilis, absque alio procedere beneplacito, & ita fuisse in Rota resolutum testatur Sarnen. in reg. de triennali, q. 14. vers. nec obstat, Vrsil. qui probat hanc esse communem opinionem in decis. 305. sub nu. 10. & decis. 21. num. 6. quod procedit etiam si in altera concessione dictum fuerit, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, quatenus opus sit, quia est clausula conditionalis, secundum Bald. in cap. cum ana, de elect. & non requiritur, & in hoc casu non innititur consuetudini concedendi, quæ triginta annos videtur requirere, siue alterum paruum tempus, secundum Rodoan. d. tract. q. 10. sed

E 2 inniti-